De bonis autem feudalibus que a curia dicti castri habent possidet et tenet, nichil omnino possint facere, preter conscientiam et voluntatem domini dicti castri. De quorum venditione si dominus in illa assentiverit. Erat de antiqua consuetudine habere quartam partem domino prelibato.

De custodia advenarum. — c. xvi

Statuimus et ordinamus, quod omnis advena qui in hoc castro per annum habitavit completo anno et post annum, teneatur et debeat in hoc castro custodiam facere, et omnia alia ut alii homines de hoc castro, et iurent fidelitatem domino huius castri. Alias, si iurare recusaverit, expellatur de hac terra, nec possit in ea habitare, nisi aliud provideretur per dominum antedictum.

De pignorantibus arma communis. — c. xvii

Statuimus, quod quicumque vendet vel emet vel inpignorabit seu in pignore recipiet. videlicet balistum targiam pavese vel alia arma data per commune, solvat pro pena .xl. s. et restituat arma.

De procuratoribus terrigenarum. — c. xviii

Statuimus quod quicumque petierit procuratorem de hac terra, qui procurator noluit eidem esse procuratorem. Rector cogat ipsum quod fiat procuratorem, cum pena debita, que sibi videbitur imponenda. et salario competenti.

De capientibus animalia silvestria in lacu. — c. xviiii

Statuimus quod quicumque capiet in lacu animalia silvestria, cuiuscumque sit ipsa aqua, et tam in aquis supra grumulum quam sub grumulo, et in aquis istius pertinentie. Silicet. a portu beate virginis usque ad portum marmorum, et in qualibet circumstantia lacus huius, det domino et curie ipsius quartum anteriorem cum capite. Et qui contrafecerit puniatur in .x. libr. et extimatur parte tangetur curie. Et si aliquis pescatorum occidet et capiet animal in lacu, vel paveret seu vulneraret debeat illi de navi habere coram et quilibet existens in

Item quod nullus piscatorum vel incola dicti castri debeat aucupare et capere columbos columnarii [illegible] castri sub pena librarum dicti domini quolibet colombo [illegible] piscatorum in ea pena banna fiat ut supra

nam hre debeat parte pro rata sm numerum venatoz. Et etia omis qui
repirentur cum navibz ante morte animaliu. venientes aut post mor
tem ipoz animalium nullam parte heant. Et hec intelligant de aialibz
sequtis a terigenis. Aialia no sequta a forensibz qbz no e possibi
litas prosequendi occupati concedatur. Nisi caper pstites i navi deputatis p venatores.

Item q nullus pedelucanus debeat ad petitoem venatoz foresiu ponere navim in aqua nec conducere sine licetia offitialis ad penam centum solloz.

De coptimatoribus et emptoribz numatiu an horam non. C. XX.

Statuimus et ordinamus q nullus audeat vl psumat coptimare emere seu promissione facere de emendo cu aliquo aliquas numatias seu victualia quecuque apportata 7 conducta in hoc castro que excederet nummu alicui qntitatis nec accedere extra portas ad dicta talia coptimanda vsq ad horam non ad penam. xl. s.

De piscibus et aialibus venaticis vendendis. C. XXI.

Pisces 7 animalia silvestria que deferuntur in pedeluco ad vendendum vendantur 7 vendi debeant p venditores dictoz piscium 7 animaliu in via publica an palatiu residentie dni vicarii. ad pena xx. s. p salmam. abinde vero infra. s. x. De aialibz vero silvestribz que deferunt in pedeluco ad vendendum vendantur in dicto loco 7 no alibi ad penam. xx. s. p quolibet aiali. Et hoc intelligitur de aialibz grossis. Et curia possit ex suo offitio contra delinquetes in predictis p inquisitionem procedere.

De pena lavantium coria 7 facientiu cociaz in laco 7 intus pedelucum. C. XXII.

Lavantes coria p lacum pedeluci ab vna porta ad aliam. vel intus castrum puniatur in. xx. s. quoties contrafecerit in predictis. Curia possit ex suo offitio procedere. 7 q no fiat concia corioz intus castru ad penam predictam.

De pena hedificantium supra viam publicam. C. XXIII.

Nulla psona hedificet vl hedificare possit intus pedeluci supra aliqua viam publicam sine licentia offitialis 7 massarioz arcum vel pontem. Qui habeant pendere de altitudine dicti pontis ad penam. xxv. lib. Et quilibet possit contrafaciete accusare. 7 curia possit ex suo offitio procedere.

De aptatione viarum itinerum et stratarum. C. XXIIII.

Statuimus q vie itinera 7 strate p totu tritorium castri [illegible]

tentur s(ecundu)m q(uod) p(er) consilium d(i)c(t)i castri deliberabitur. De ponderibus et mensuris habendis. c. xxv.

Pro mensurando pannum lane, lini et canapis, habeantur p(er) d(ic)t(u)m co(mun)e pedis, siue mensure ciuitatis Interampn(e) ad d(ic)tam mensuram adiustatum, quilibet emptor et venditor debeat d(ic)tum pannum mensurare, et ip(su)m mensuram vendentes pannum p(re)d(ic)t(u)m debeat h(abe)re adiustata p(er) vicarium qui p(ro) t(em)p(o)re fuerit. Et quilibet venditor et emptor teneantur et debeant vendere et emere secundum mensuram predictam. Et etiam pro ponderando quecumq(ue) gen(er)a uel quascumq(ue) res que ad pondus vendent(ur) seu recipient(ur) p(er) d(ic)t(u)m co(mun)e habeatur pondus ciuitatis Interampn(e). v(idelicet) marcum, stateram, et pondus flor(enorum). Et quilibet vendens et emens uel recipiens quascumq(ue) sp(eci)es mercantias seu res ad pondus, ad d(ic)t(u)m pondus teneatur et debeat emere et recipere. Et cum ipso pondere uel ponderibus similibus adiustatis cum ponderibus supradictis. Et camerarius co(mun)is predicti qui in t(em)p(o)re erit teneatur et debeat d(ic)tas mensuras et pondera h(abe)re p(ro) co(mun)i p(re)d(ic)to, et eas emere expensis si oportebit d(ic)ti co(mun)is. habeatur unus marcus lucinus ponderis .v. libr(arum). una stateria grossa ponderis .v(c). libraru(m). una statera ponderis minoris .c. libr(arum). unum par bilanciarum legalium de punto ad puntum. Siquis aut(em) inuentus fuerit mensurasse nisi iustis mensuris soluat no(m)i(n)e pen(e) tres libras.

Item q(uod) mensale siue callarellum pro mensurando granum et alia blada habeantur ad examen mensure ciuitatis Interampn(e).

Item similiter h(abe)ant(ur) de d(ic)ta ciuitate mensure apte ad vendendum vinum et oleum. Mensura u(er)o musti sit salma .x. barilium. et barile sit et intelligatur de .xxx. petitis.

De via anglie. c. xxvi.

Statuimus q(uod) qui cu(m)q(ue) iuerit a Guadu anglie usq(ue) ad collem Santositi nisi tantum cum uno pari bobum a kal(en)dis maii usq(ue) ad festum s(an)c(t)e marie de mense augusti, t(em)p(o)re quo terre stant bladate a d(ic)to guado usq(ue) ad collem p(re)d(ic)t(u)m, soluat p(ro) vice qualibet .v. s(olidos).

De hiis qui non habent viam ad sinum. c. xxvii.

Statuimus q(uod) qui cu(m)q(ue) no(n) h(ab)et viam ad suum eundo debeat ei dari ad suam petitionem p(er) t(er)minatores p(er) illum locum ubi eis melius videbitur. Requisitis ad hec adiacentibus. Et qui contrafecerit viam datam impediendo, seu no(n) obs(er)uauit, soluat p(ro) qualibet vice .v. s(olidos). et res ipsa firma remaneat.

De electione Rationatorum d(ic)ti co(mun)is. c. xxviii.

Consiliarii sp(eci)ales predicti uel maior pars ipsorum qui p(ro) t(em)p(o)re fuerint eligant et eligere debeant duos bonos homines de predicto

qui sint ratiocinatores dicti comunis et stent et stare debeant ad videndum rationem dicti comunis et camerarii comunis predicti et cultorum datiarum et prestantiarum dicti comunis impositarum et imponendarum in comuni predicto. Et assectare et ordinare ordine imponere et colligendo datias et prestantias que opportune erunt in dicto comuni et deliberare colligendi in comuni predicto et imponendi. Et secundum modum per ipsos ratiocinatores impositum dicte datiae exigantur. Qui ratiocinatores eligant sibi unum notarium vel aliam personam de dicto castro qui sit una cum eis ad videndum rationes dictorum camerarii et cultorum datiarum et prestantiarum et ipsas rationes scribere prout fuerit opportunum, remota fraude.

De electione allibratorum. c. xxviiii.

Eligant etiam dicti consiliarii speciales duos bonos homines de Podeluco qui sint allibratores dicti comunis et habeant illam potestatem ipsi allibratores que continetur in capitulo loquente de offitio allibratorum. Et eligant sibi dicti allibratores unum notarium de dicto castro quem voluerint ad offitium predictum. Et ipsorum offitium duret illo tempore quo predictum offitium attribuetur.

De hiis que spectant ad animam et corporis utilitate. c. xxx.

Quia dignius est atque salubrius potius de utilitate anime et salute quam corporis cogitare et preponere constitutionibus temporalibus spirituales, ideo decernimus et firmamus ad honorem omnipotentis dei et reverentia beati Francisci quod fratres minores morantes in hoc loco minorum dicti castri pro subsidio annuali ab huius castri hominibus communiter vestiantur hoc modo videlicet quod omni anno in festo pasce resurrectionis fratres minores dicti loci habere debeant pro eorum tunicis triginta libras denariorum cortonensium. De qua quantitate dominus tenebatur solvere sex libras antiquitus et vassalli residuum quod erat viginti quatuor libras, pro quibus solvendis quolibet focularis huius teneatur solvere soldos duos et colligantur more soluto de mandato vicarii et massariorum.

De elimosinis musti pro fratribus. c. xxxi.

Statuimus quod quicumque habet vineam in territorio dicti castri luci tempore vindembiarum teneatur dare fratribus minoribus ...

castri unum coctorium musti mundi ad mensuram currentem in castro luci annuatim ad penam dupli.

De palude pedisluci. C^m. xxxii.

Statuimus quod si palus pedisluci que est a domo filiorum pagnecte usque ad domum Barberii iuxta collem siccabitur remaneat pro strata et platea communis et non possit ab aliquo impediri. Et sum de liberationem fiendam per dominum teneat roboris firmitatem sicut sibi videbitur et placebit.

Quod vicarius et offitiales debeant stare ad sindicatum. C^m. xxxiii.

Vicarius et offitiales castri pedisluci qui pro tempore fuerint ad regimen dicti castri pro domino nostro finito eorum offitio qui deputati essent ad offitium dicti castri tempore quo remouerentur ab eorum offitio debeat stare et permanere ad sindicatum in castro pedisluci et reddere plenariam rationem de administratione eorum offitii et respondere de iure curie et dicto communi et specialibus personis et hominibus dicti castri qui eis vel alicui ipsorum aliquid petere vellet vel peteret coram alio vicario vel alio sindicatore posito et electo per supradictum dominum nostrum ac etiam deputato quousque per supradictum sindicatorem fuit absolutus vel condepnatus. In quo sindicatu ipsum sindicandum procedere possit de iure summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii diebus feriatis et non feriatis prout et sicut dicto sindicatori videbitur et placebit. Et si contingerit condepnare aliquem dictorum offitialium per dictum sindicatorem dicto communi vel camere domini vel specialibus personis ad satisfaciendum vel ad aliquam solutionem faciendam alicui quantitatis vel rei pro executione dicte sume et satisfactione facienda dicte camere comuni et specialibus personis quorum interesset realiter et personaliter constringere per dictum sindicatorem usque ad integram satisfactionem eius vel eorum in quibus condepnatus esset faciendum dicte curie comuni et aliis hominibus quorum interesset.

De caldarello tenendo pro bladis. C^m. xxxiiii.

Statuimus quod Rector et offitiales dicti castri fieri faciat et teneri in pedeluce pro mensura bladi unum caldarellum siue quenside ad mesuram civitatis Interampnis. Et quicumque forensis mesurabit cum ipso soluat pro qualibet cuppa duos denarios cortonenses. Et quicumque de pedeluce mensurabit cum dicto caldarello et non reassignaverit ipsum persone cui ipsum tenuit illi qui per annum retinet caldarellum soluat pro qualibet die qua ipsum tenuit et fuit in mora solidum unum.

De pena non incatenantium naues — c. xxxv.

Statuimus q quicumqz non incatenauerit nauem magnam dic/cam haberet in pedeluco. z sic post bannimentum factum de mente/natione predicta tpr alicui suspecti qui non fecerit soluat vice qualibet soldos quinqz nisi ipse iurauerit se nichil sciuisse de prohibitione facta q tunc stetur iuramento suo.

De consuetudinibus. — c. xxxvi

Statuimus q quando lis esset inter aliquos de consuetudine vz q vnus diceret consuetudo est z alter diceret q non est tunc stetur dicto z declarationi consilii hominum huius castri. Et id quod declaratum fuit per dictum consilium obseruetur z sit consuetudo que etiam pro consuetudine obseruetur z firmetur tendente ad bonum finem.

De priuatis vel sciacquatoriis supra viam. — c. xxxvii

Statuimus q quicumqz priuatam vel sciacquatorium supra viam haberet vel stratam huius castri illam uel illud recludere debeat hinc ad otto dies. ex eis vel aliquo eorum exiret aliqua turpitudo que esset fecerit vel fecisset alicui iniuriam in personis vel rebus soluat vice qualibet viginti soldos.

De vialibus exterminatoribus z finatoribus

Statuimus q in renouatoribus cuiuslibet dicationis renouentur et fiant tres terminatores z viales extimatores siue sapnozdatorum appellentur z antiquitus ante ipsos fuerat. Et ipsi terminatores iurent hinc ad sex menses dictum officium terminationis facere z ire ad petitione petentium ad terminandum z viandum secundum consuetudine dicti castri. Et si iuerint prope ad terminandum habeant pro eorum salario pro quolibet soldum vnum. Si vero iuerint longe soldos duos. Et longius extra territorium castri luci pro quolibet soldos quinqz.

De Gualderiis. — c. xxxviii

Statuimus q omni anno mandato rectoris fiant in termine

castri luci et ualdarij per contratam more solito. Et secundum consuetudinem dicti castri luci pro bladis custodiendis.

De pena accipientium paleas de paleari alieno. C. xl.

Qui acceperit paleas de paleari alieno integro sine licentia domini palearis soluat delinquens decem solidos. Et de paleari fracto soluat solidos quinque quotiens contrafecerit in predictis.

De proicientibus turpitudinem in via publica de domo uel plancato. C. xli.

Inmunditiem turpitudinem seu lauaturam proiciens de domo uel plancato in via publica soluat vice qualibet solidos quinque. Nec liceat alicui facere turpitudinem ante domum alienam uel stabulum alienum ad penam predictam. Nec etiam in domo sua quis faciat aliquam turpitudinem ex qua fetor peruenit vicinis suis uel aliis prope stantibus in dictis vijs ad penam viginti solidorum quotiens contrafecerit. Et quilibet possit contrafacientem accusare et eius accusationi credatur cum uno teste.

Quod quilibet teneatur ante domum suam die sabati mundare. C. xlii.

Quilibet teneatur et debeat mundare viam et plateam ante domum suam solite habitationis a kalendis mensis maij usque ad kalendas mensis octobris quolibet die sabati ad penam quinque solidorum. Et de hiis credatur iuramento vicinorum nisi iurauerit se mundasse aut mundari fecisse. Et predicta bandiantur qualibet ebdomoda dictorum mensium. Alias uero non teneatur aliquis ad penam.

De pena accipientium ligna uel palos alienos. C. xliii.

Siquis acceperit ligna uel palos alienos soluat penam decem solidos et pro qualibet salma. Qui uero venatum alienum acceperit de possessione

aliena soluat . x . soldos . et de hiis custodes eius contra facientes accusare possint
et debeant .

De proicientibus lapidem in tectis guardiole vel alicuius turris . C. xliiii .

Si quis maior quatuordecim annis proiecit lapidem vel sapum intulit in tecto
alicuius guardiole vel in tecto alicuius turris intus vel extra perdelucem soluat
viginti soldos et dampnum emendet patienti . Et nichilominus curia domini inqui-
sitione procedere debeat contra delinquentes .

De proicientibus turpitudinem in aliquo loco contra voluntatem domini rei . C. xlv

Nulla persona proiciat vel proici faciat aliquam immunditiem seu turpi-
tudinem in aliquo loco alieno contra voluntatem domini rei ad penam
quinque soldorum vice qualibet si accusatur a domino rei et eius accusationi credatur ad
plenum sine aliqua probatione .

De volentibus mutare viam suo convicino . C. xlvi .

Quicumque licet aliquam viam per possessionem suam convicinis sit licitum non tenenti
domino dicte possessionis mutare et dare viam sic bonam per aliam partem dicte
possessionis et a quacumque latere ipsi domino videbitur et placebit ubi esset sibi minus
dampnosum . Et quicumque habet aliquam possessionem existentem iuxta viam
publicam debeat facere introitum iuxta ipsam viam publicam et non aliunde ad penam
quinque librarum . Excepto quod si habet viam aliunde quod tunc non teneatur ad penam .

De terrapieno et incomoratione super vel iuxta domum alicuius . C. xlvii



Statutum quod quicumque incomoravit vel terrapienum posuit vel aliam rem in-
venientem vel immunditie vel quacumque turpitudine letamen ligna vel
lapides vel quacumque aliam rem super domo aliena vel iuxta alienam domum
quod ille cuius domus esset iniuriam vel sibi dampnum reputaret seu reno-
caret vel in quocumque alio loco . soluat pro qualibet vice . x . soldos et removeat
apposita expensis apponentis infra terminum eis dandum .

De accipientibus pignora aliena . xlviii .

Statutum quod nullus audeat pignus alienum pro suo pagamento recipere
ab aliquo nec super pignus mutuet alienum nec de ipso alieno pignore rem vel nummatum . Dummodo nesciunt non egerit nec
suspicionem nec esse pignus crediderit alienum de quo stetur iuramento recipie-
ntis pignus predictum si pignus fuit valoris xx . soldorum vel infra a valore . xx .
supra cognoscatur causa iuramento ipsius tamen semper ipsum pignus dantis et obligantis ha-
mo . quod si videat rectori quod ille qui pignus obligavit quod de firma iudi-
cetur per eum quod alienum pignus non obligasset quod tunc credatur si rectori vi-
debitur iuramento utriusque scilicet dantis pignus et recipientis . Qui contrafecerit
in casu predicto scilicet quod pignus recipiat alienum soluat . xx . soldos et suum perdat

Illius cuius est pignus. **Quod omnes habentes bestias porcinas et pecudinas teneantur et debeant occidere unam pro qualibet decina. C. XLVIII.**

Omnes habentes bestias porcinas tempore glandium pingues, teneantur
et debeant unum porcum pro qualibet decina porcorum vendere vel
vendi facere ad macellum in pedeluco quolibet anno, ad penam centum solidorum.
Et etiam quilibet habens bestias pecudinas a .X. bestiis supra, teneatur
et debeat vendere seu vendi facere in dicto castro ad macellum pedeluci
unum castratum seu follatum pro qualibet decina, si decem habuit cum vendet.
Et hoc intelligatur tantum de mensibus maii iunii iulii et augusti, et non alio
tempore. Nec etiam intelligatur de allummine ipsarum bestiarum. Et hoc capitulum
publicabitur de mensibus predictis. Et camerarius dicti domini ex suo offitio procedere possit in predictis.

Quod si oblatus non fuerit vel continue steterit in loco debito, cogatur ad solvendum in communi quod debet, prout alii pedelucani. C. L.

Quoniam nonnulli in fraudem communis et non dei intuitu, se et bona sua
quibusdam ecclesiis et locis cotidie offerunt et offerre nituntur non umquam
in preiudicium communis predicti. Idcirco omnes et singule persone que fecerunt
seu fecerint aliqua promissionem, donationem oblationem vel quacumque alia
alienationem bonorum ipsorum alicui persone ecclesie vel loco, ipsi pro ecclesia vel loco
non fuerint in clericalem portat habitum et tonsura. Et ipsa bona tenent
possident vel usufructuaret, cogantur et cogi possint et debeant per vicarium
et alios offitiales dicti communis ad solvendum subportandum et deferendum
omnia onera et factiones reales et personales communis predicti prout alii pedelucani, non obstantibus promissionibus alienationibus et obligationibus quibuscumque
factis que presumuntur ficte et in fraudem communis et dolose oferte.

Quanto tempore duret hoc statutum. C. LI.

Hoc presens statutum et capitula in eo, et in volumine ipsius contenta, valeat
atque duret toto tempore quo dominus per dictum commune pedeluci ut mos est
aliud de novo renovabit. Nec aliquis audeat vel presumat dictum statutum vel aliquod capitulum ipsius tollere vel suspendere, aliqua vocem
vel etiam in aliquo consilio vel arengha nisi in publico parlamento
vel congregatione dicti populi in quo sint ad minus centum homines
pena centum librarum.

De pena vindembiantium otto diebus ante festum sancti angeli. C. LII.

Nemini liceat vindembiare otto diebus ante festum sancti angeli de mense
septembris, ad penam .C. solidorum nisi aliud provisum fuerit per consilium dicti communis
... ante dictum terminum voluerit quis facere raspatium de vineis suis vel
... possit hoc impune cum licentia tamen vicarii
alienis sibi datis vel venditis, et possit se ... ad quantitatem duarum
suprascriptarum vel eis locum inter pedelucanos ... ad quantitatem duarum
salmarum ... et non ultra, ad penam predictam si ultra portaret, et absque
licentia ... non possit de predictis.

Qd pedelucam non gravet ad comodandum offitialibz. · c. liii.

Offitiales cois predci ul' aliquis ipor, no possit aliquē pedelucanū ullo mō cogere granare ul' granari facere ad comodandū eis ul' alicui ipor somarium ul' navim. Nec ad portandū ligna ul' portari facere dum eisdem; ad penā vigintiquinqz librar dēn de suo ul' coruz salariis retinend p camā dci dni si contra fecerit in predctis, et plus ul' minus arbitrio dni auferend.

Qd nemo puteum ul' fossum teneat iux murū alienū. · c. liiii.

Nulla psona habeat ul' teneat aliquē puteum seu aliqua fossum iux murum alienum, seu foram ex quo ul' quibz aqua perveniat ad ipm murū. ad penam centū soldor. Et ad petitionem cuiulibet petentis seu conquerētis debeat removere seu implere ul' guastare ad dictam penam.

De recondentibus intus pedelucā fenum aut paleas. · c. lv.

Liceat unicuiqz mitte ul' reponere in domo ul' gripta sua propria ul' conducta seu comodata ab aliquo paleas et fenū sin pen. Dummodo si aliqs fuit ex ea dcāz palear et fenī in aliquo dapnificatus, teneatur et debeat talis remittes reficere et emēdare dapnum passo ex ea supradcta. Et de dapn et extimatione dci dapn stetur et credatur sacramto duor pximior vicinor dapn passi predci ul' domi sive gripte predcte. Excepto qd in aliqua domo in qua ignis fit et accendit ad usum habitatois, dcū fenum seu stramia reponi et remitti non possint. **De pena periurantium.**

· c. lvi.

Statuimus qd siquis periurium fecerit et ea et coram offitiale solvat pro qualibet vice vigintī libras · dēn.

De ponentibus bladum in area aliena. · c. lvii.

Ponens bladum in area aliena ul' qui vindembiavit in vaschia aliena sin licentia dni rei · solvat quatraginta soldos. Et siquis dns rei granum alienū positū invenerit in area sua sine sua licentia et nesciverit cui fuit bladū, faciat bannire pr pedelucū p castaldum, dni cuius est dcm bladū qd vadat ad ipm dnm aree et notificet sibi. Et si post ipm bannitum dns bladi predci no iverit et notificaverit dno dce aree dcm bladum esse suum, qd liceat et sit licitū dno aree predcte dcm bladum hre sibi sin aliqua pen et banno.

De pena imposita mensurantibus granum de nocte. · c. lviii.

Granum de nocte nulla psona mensuret vendat ul' emat ul' ipm exportet ul' det seu dari pmittat alicui longe a domo sua ul' pr eas domos ad penam vigintiquinqz libr. Et ad eandē pena teneatur ille qui dcm granū receptavit scienter · ul' cui domo dcm granu fuit positū ipo sciente sin licentia massarior cois. Exceptis [illegible] mentis et illis qui iverint ad seminandū. Et quilibet [illegible]

facientem accusare et eius accusator credatur cum uno ydoneo teste.

De pena laborantium de quibus non soluitur datium. c. lviiii.

Nullus laboret uel laborari faciat aliquam possessionem positam in tenuta pedisluci suam uel alienam de qua non soluit datium in dicto precdo et que non sit allibrata et scripta in catastro comunis predicti uel qui de ea recusaret et recusati fuit solui datium predictum. Exceptis terris ecclesiarum et cetera ad penam centum soldorum. Et cuilibet sit licitum laborare et laborari facere ex dictum tenutam pedisluci in quocumque loco et granum seu bladum quod sibi contingerit uel percepit de parte laborerii sui teneatur et debeat reducere in pedeluci prout cauetur in alio capitulo supra posito sub rubrica de pena non reducentium granum et aliud bladum in pedeluci loquente. Et siquis dampnum dederit in possessione aliqua posita in tenuta et districtu pedisluci de qua non soluatur datium in dicto comuni ut dictum est cum bestijs uel sine quocumque non teneatur ad penam. Et valeat se excusare suo iure cum ostensione sui catastri dicti comunis et habeatur pro plena et legitima probatione. Et si dictus actor tale catastrum habere non posset quod tunc non habeatur ei terminus in defensione inde facienda per eum accitatum. Et qui contra predicta uel aliquid predictorum fecerit omnia instrumenta priuilegia deliberationes franchitie uel libertates facte et fienda de facto facienda quacumque sit ipso iure nulla non obstante aliquo capitulo statuti vendiderit comunis predicti supra uel infra posito.

De uexillo comunis castri pedisluci non extrahendo sine presentia et voluntate massariorum. c. lx.

Quicumque uexillum magnum castri pedisluci de zendato rubeo in quo est figura beate marie virginis et beati stefani viri defensoris et protectoris deputata et arma domini dicti castri tenuit seu habuit pro dicto comuni ne inde aliquod scandalum et periculum oriatur non debeat dictum uexillum de domo sua extrahere et ad aliquem locum aliquem portare nec explicare in publico sine presentia et voluntate vicarij et massariorum comunis predicti qui erunt pro tempore uel maioris partis ipsorum ad penam centum florenorum auri.

De non permittentis se pignorare per castaldum. c. lxi.

Quotiens castaldus comunis dicti castri mandato vicarij uel alicuius officialis pro aliqua executione facienda uel quacumque alia ex aliqua causa pignorare voluit seu vellet siquis se opposuit contra ipsum et impediuerit officium ei non permittendo se pignorari uel pignus acceptum per ipsum violenter ab eo abstulit soluat vice qualibet libras quatuor cortonenses.

De iniurijs mulierum euntium ad aquam cum naui. c. lxii.

Statuimus quod quotienscumque vas mulierum euntium cum naui ad colligendum aquam uel frangeretur sibi vas in ipsa naui uel dixerit uel fecerit sibi iniuriam uel non permiserit eas ire ad colligendum aquam soluat pro qualibet vice s. xx. et emendet vas ad extimationem talis mulieris. Et de iniurijs soluat bannum secundum capitula huius statuti.

De iniurijs ducentium vxorem. c. lxiii.

Statuimus quod quicumque more ludi antiqui iniuriam fecerit verbis uel

vel facto

vel filiis alicuius uxorem ducenti, vel sibi petierit tortam, solvat pro qualibet vice quinque soldos. Et de verbis et factis puniatur secundum capitula predicti statuti.

De ponentibus martanellos ad starnas. Capitulum lxiiii.

Statuimus quod quicumque posuerit martanellos ad starnas si dictatus vel decapitatus fuit, solvat decem soldos, et pro qualibet starna soldum i. Nichilominus curia possit procedere ex suo officio contra delinquentes.

De conventionibus et pactis. Capitulum lxv.

Statuimus quod conventiones et pacta observentur inter cives contra quod si[n]e ad penam decem soldorum pro qualibet, quod mandatum si fuit observari, per curiam partium, et rector ponat penam predictam observare nolenti. Et pena soluta vel non, conventiones et pacta semper debeant esse firma.

De accipientibus navim alienam sine licentia eius cuius est. Capitulum lxvi.

Statuimus quod quicumque navim alienam sine mandato illius cuius est acceperit solvat x soldos pro qualibet die qua ipsam navim tenuit [illegible]. Et si eam non tenuit tota die, sed per aliqua parte diei, solvat dimidiam dicte pene. Et hec intelligatur tam de navi parva quam de magna, et solvat illi cuius est navis parva pro pensione pro qualibet die tres soldos si ipsam acceperit [illegible] nocte. Sed si eam de die accepit, solvat sibi pro qualibet die soldos [illegible] donec navim ipsam reassignaverit illi cuius est. Et pro pensione navis [illegible] tam de die quam de nocte accepta pro qualibet die domino ipsius navis solvat tres soldos.

De viis et portibus navium. Capitulum lxvii.

Statuimus quod vie et porti per quos itur ad portus navium, et etiam navium portus per eos qui ipsos [illegible] moraverit per eos excommoverit, dicimus et quod omnibus a via superiori [illegible] habitantibus, portus aperiatur antiquus. Et si eis pro quorum navibus commode portus non sufficerit [illegible] quis possit sine pena tempore necessitatis cum eorum navibus occupare in aliis portibus, qui contrafecerit in aliquo predictorum solvat [illegible] soldos.

De pena fodentis muros et rupes existentes circacircha castrum Pedisclua. Capitulum lxviii.

Rupes seu muros comunis castri Pedisclua existentes circacircha dictum castrum nemini liceat fodere vel cavare nec foderi vel cavari facere. Et contrafacientes in predictis solvat [illegible] qualibet vice qua contrafecerint soldos centum. Nec aliquis faciat vel teneat aliquid [illegible] muros et in dictis muris per quod ascendi et descendi possit. Et si [illegible] habuit dictum impedimentum in muris predictis debeat ipsum removere infra quindecim dies a quo sibi mandatum fuit pena predicta. Exceptis guardiolis pro custodia terre Pedisclue. Nulliusque liceat fodere [illegible] nibus intus terram Pedisclue ad penam quinque soldorum.

De occupantibus viam publicam aliquam. c. lxviiii

Si quis occupaverit vel occupatam tenuerit aliquam viam publicam seu vicinalem ipsam dimittere debeat spatio otto dierum ad petitionem petentis postquam ei petitum fuerit ad penam decem librarum. Et curia possit in hiis contra delinquentes per inquisitionem procedere, et culpabiles punire secundum formam huius statuti. Et hoc capitulum baptizat per castrum pedisluci in locis consuetis per castaldum et comunis. Alias non teneatur quis ad penam.

De pena euntium post defunctum. c. lxx

Nulla mulier que attineat defuncto per viam consanguinitatis agnationis vel cognationis usque in tertium gradum vadat post eum ad ecclesiam neque aliqua alia mulier plorando, ad penam viginti solidorum.

De pena reputantium in luctu alium quam mortuum. c. lxxi

Nulla mulier dum stat in luctu alicuius defuncti, debeat reputando nominare aliquem alium mortuum vel defunctum ad penam x s. et de hiis quilibet possit contra facientem accusare, et ei accusatori credatur. Et nichilominus curia domini per inquisitionem ex suo officio procedere possit.

Quod mulier non accedat ad domum defuncti. c. lxxii

Nulla mulier accedat ad domum defuncti postquam sepultus erit per tres dies exceptis consanguineis olim defuncti et ipsius heredis usque in tertium gradum ad penam duorum s. vice qualibet. Nec aliquis extrahat sibi caputeum in aliquo luctu alicuius defuncti. ad penam v s. et quilibet possit contra facientem accusare, et ei accusatori credatur. Et curia contra delinquentes per dominum curiam per inquisitionem procedere possit.

De pena mittentium bestias infirmas in tenimento pedisluci. c. lxxiii

Nulla persona mittat vel ducat aliquas bestias vaccinas infirmas exutes extra tenutam pedisluci, et de extra dictam tenutam pedisluci et in ipsam tenutam in infrascriptos confines videlicet etc. ad penam centum solidorum. Nisi eas duxerit per dictam tenutam ducendo eas extra dictam tenutam pedisluci, ad alium locum quam tunc non teneatur ad penam. que pena contrafacienti de facto auferatur sine gratia pro qualibet bestia.

Quod liceat hospitatoribus vendere panem et vinum. c. lxxiiii

Statuimus et ordinamus quod liceat hospitatoribus vendere de pane et vino et aliis victualibus illis personis qui hospitabuntur in domibus eorum, sine metu banni, non obstante aliquo capitulo huic contradicente facto vel fiendo.

Quod vicarius teneatur ire una cum massariis dicti castri quolibet mense ad videndum circum circha. c. lxxv

Item statuimus et ordinamus quod vicarii qui pro tempore erunt et similiter massarii dicte terre, debeant quolibet mense semel ire et videre circumcircha muros, steccata, pontes fossas et portas. et si indigent

aliqua reactatione / ipam in continenti faciat reactare / et in statu manute
nere. Si vero vicarius et massarii fuerint negligentes in predictis / pre
dictus vicarius solvat de suo salario decem libr. den. / et dicti massarii
solvant nomine pene soldos quinquaginta pro quolibet et qualibet vice.

De laboreria cois reducantur ad parlamentum. .c. lxxvi.

Statuimus et ordinamus / quod omnia laboreria cois castri pedisclue
reducantur ad parlamentum. Et secundum reformationem dicti parlamenti
executioni mandetur.

De porcis non euntibus per terram. c. lxxvii

Item statuimus et ordinamus / quod nulli liceat porcum vel scrofam per
terram ire permittere vagando. Sed ipos debeat tenere reclusos / ad pe
nam quinque soldorum pro quolibet et qualibet vice / nisi forte iret post
ipm cum baculo eum reducendo ad stabulum vel forte quod dicti porci starent ante domum sui patroni ad comedendum

De arte mercatorum et tabernariorum. .c. lxxviii

Ut per vicarium dicti castri homines et persone eiusdem gubernentur
et a mercatorum tabernariorumque deceptionibus ac malitiis resistat et
cessare nitatur. cum sepe in eorum arte committitur / nec trahant in con
suetudinem malos usus / iustum est et honestum ipos loris iustitie refre
nare. quapropter infrascripta capitula ordinamus.

De eo qui voluerit vendere vinum ad minutum. c. lxxviiii

Statuimus et ordinamus / quod tabernarius et quilibet vendens
vinum ad minutum / teneatur habere in taberna sua ad venden
dum vinum predictum / vasa sigillata sigillo plumbi in quo sint
arma dni in manicis iporum vasorum infrascripta / scilicet petitum et
dimidium petitum / foglettam et mediam foglettam. que quidem mensure
non sint aliqualiter fracte in eorum arte / et dare debeat mensuras bene
plenas cuilibet ad penam quinque soldorum quotiens contrafecit in aliquo
predictorum. Nec liceat dicto vendenti tenere in dicta taberna aliqua vasa
non sigillata / nisi essent maiora vel equalia. minora vero tenere non li
ceat. ad penam quinque s. pro qualibet mensura et quoties. Et offi
cialis teneatur et debeat ad petitionem talis vendentis / adiustare et
mensuras predictas bona fide et sine fraude. Et adiustatas easdem sigilla
re. pro quarum salario / recipiat vicarius pro qualibet mensura sex denarios
in quibus si fraudem commiserit / puniatur dictus vicarius in centum soldis.
Et idem vicarius teneatur semel in ebdomada et quotiens sibi placuerit
ire rimatum per terram pro dictis mensuris vinelo vel ... et adeptus penam
et contrafacientes in predictis punire / que pena auferatur de facto
sine aliquo processu inde formando. Et non possit talis tabernarius

vendere

ad maius pretium vino qd incepit usque quo non clausit dolium ad penam triginta s. Et ubi dicat de rimatore mensurarum predictarum, quod si fuerit dominus vicarius non exigatur ab aliquo pena aliqua. Et quilibet possit impune in sua taberna vasa maiora non sigillata, et sigillentur ad examen mensurarum civitatis Interampnis

De pignore dato tabernario. c. lxxxiii

Si vero venditor vini recipiet pignus ab aliquo debitore suo pro vino dato vel vendito post quindecim dies preteritos a tempore venditionis facte de vino predicto, possit dicto pignore uti et frui pro suo vel le asque ... refectione deterioratis pignoris per dicti debitorem fiendi a quo dictum pignus accepit. Liceat insuper tabernario seu vendenti vinum predictum, dictum pignus vendere et alienare spatio quindecim dierum post requisitionem per eundem creditorem factam seu denuptiationem debitori suo propria auctoritate ipsius creditoris sine aliqua subastatione seu processu. De qua quidem denuptiatione credatur iuramento creditoris predicti cum duobus testibus. Et qui sine licentia tabernarii discesserit priusquam satisfecerit eidem tabernario de pretio dicti vini quod habuit, puniatur in quinque soldis. Et de hoc credatur iuramento tabernarii sine aliis probationibus.

De vendentibus panem et vinum. c. lxxxi

Statuimus et ordinamus, quod quicumque vendiderit panem et vinum et de aliis rebus comestibilibus, qui recepit promissionem simpliciter ab emptore, et si emptor nollet solvere et ipsum citari fecerit coram ..., quod vicarius teneatur summarie sine strepitu et figura iudicii ipsum cogere personaliter ad banca capitulo aliquo non obstante. Et stetur de ... suis rebus sacramento creditoris usque in quantitate viginti soldorum. Si vero emptio fuit in ... predictis solvat emptor per penam x s. que pena de facto ...ratur.

De vendentibus mustum sine conditione. c. lxxxii

Item statuimus et ordinamus quod vicarius dicti castri faciat banniri, quod nullus audeat vel presumat vendere vel emere mustum tempore vindembiarum, nisi facta conventione inter eos, et si fieret emptio inter eos de pretio, et non concordaverit se simul de pretio, tunc ille qui mutuavit pecuniam suam pro predictis rebus habendis possit illam repetere coram vicario qui vicarius facta postulatione, teneatur ipsum statim cogere ad restitutionem quantitatis mutuate, et quod non discedat de palatio donec satisfecerit. Et qui contrafecerit non faciendo conventionem solvat per penam viginti s. Et offitialis teneatur quolibet anno tempore vindembiarum bannire facere per terram. aliter non teneatur ad penam.

De ... venditionibus

De concordia fienda inter pedeslucanos. c. lxxxiij

Pro bono et pacifico statu hominum et castri pedisluce statutum est quod si qua p[er]sona eiusdem castri cum aliquo de pedesluco veniret ad errore cum aliqua iniurie hinc inde facta quod camerarij qui pro tempore erunt et cum eis consules pro tempore dicte partes possint et debeant se interponere circha pace et concordiam fiendam inter eos et in hiis debeant plenam et liberam potestatem imponendi et exigendi penas et omnia faciendi prout eis videbitur expedire. Et offitialis dicti castri teneatur assistere favoribus oppoztunis circha dictas concordias et exactiones penarum.

De muliere expellenda de vicinato. c. lxxxiiij

Si aliqua mulier de adulterio diffamata habitaret in aliquo vicinato in quo bone et honeste mulieres habitarent. vicarius dicti castri teneatur et debeat vinculo iuramenti et pena viginti quinque librarum arbitrio domini auferenda ad petitionem cuiuscumque dicti vicinati petentis dictam mulierem diffamatam de dicto vicinato expellere et expelli facere. facta prius fide dicto vicario de predictis cum duobus testibus ydoneis vicinati predicti.

De superstitibus viarum formarum pontium et fontium. c. lxxxv

Pro reparatione omnium formarum, viarum, tabernariarum, sbarrarum, fontium et pontium quorumcumque locorum existentium intus et extra pedeslucum, quilibet de pedesluco super predictis vel aliquo predictorum ex forma alicuius capituli presentis statuti aut ibi si aliquis de adiacentibus predictorum vel alicuius ipsorum possit coram offitialibus dicti castri comparere et pro predictis attandis se superstitem facere si alter superstes non esset super predictis. Et quilibet adiacens in reparatione predictorum vel alterius eorum teneatur dicto tali superstiti obedire ad penam quinque solidorum de facto auferendam.

Quod omnes extra pedeslucum habitantes teneantur prestare fideiussores de solvendo datijs. c. lxxxvj

Omnes et singuli homines et persone habitantes extra castrum pedisluce habentes possessiones in territorio dicti castri et scriptas in libro seu catasto dicti comunis teneantur et debeant prestare ydoneos fideiussores de solvendo omnes et singulas datias impositas et imponendas in dicto comuni pro dictis eorum possessionibus. Et si dictos fideiussores non dederint cogantur et cogi possint et debeant libratione dictarum possessionum. Siquis non reperiret aliquis solvere volens tunc dicte possessiones consistent dicto comuni et eas vendi et alienari per camerarium dicti comunis possint et debeant. et ne venditores et alienatores valeant pleno iure ac si fierent per dominos dictarum possessionum vel per sindicum dicti comunis ad hoc specialiter deputatum. Et ne predicti habitantes possint pretendere ignorantiam per vicarium dicti castri scribatur et notificetur cunctis qui essent et in quibus habitarent

dcti possessores q infra dictum terminum debeant venisse seu solvisse dati
nas predictas: alias elapso termino procedatur ad ofistationem ut supra
dictum est.

Q quilibet pedelucanus teneatur facere ortum · C. lxxxvii

Item statuimus q quilibet pedelucanus quolibet anno teneatur
facere ortum in quo habere olera caules latticas alea et alia ge
nera olerum. Et offitialis dicti castri vinculo iuramenti et ad penam decem librarum
de suo salario auferendam banniri facere per castrum pedisluci contenta in
dicto capitulo. Et siquos invenerit delinquentes et huiusmodi ortum non
facientes puniat in viginti soldis de feo auferendis.

De proicientibus turpitudinem in lacu. C. lxxxviii

Salubritatem aeris divino iudicio reservatam studio pervisionis nostre
in quantum possumus disponimus conservare. Mandantes ut nullus a
modo liceat in aquis huius castri vicis quantum est medium miliare
protenditur cadavera et et sordes ac turpitudines que fetore re
dunt vel faciunt ponere nec proicere ne ex eo propter certe dicam aeris
composito corrumpatur. Nec linum vel cannapem ad maturandum po
nere infra menia huius castri. Et coria extram facere concia iubemus
quod si contra fecerint in utroque dictorum casuum puniantur in viginti solidis
et amittat cannapam linum et coria. Sepulturas et mortuorum q
fabricam non continet profundas quantum mensura dimidie canne precedit
esse iubemus. Siquis contrafecerit eadem pena puniatur.

De legalitate in quibuslibet artificibus · C. lxxxviiii

Magros arcetamentum quorum opus et operibus homines carere non possunt
legaliter et fideliter sua opera exercere debere iubemus artifices scilicet
licet qui in auro et argento laborant et fabros qui eris et ferri qui
cumque opera formant. Et generaliter omnes artifices cum fide et studio pro
ut unusquisque melius noverit voluimus operari. Bucterios autem et piscium
venditores qui vite hominum necessaria subministrant et ex quorum fraudibus
maximum incomodum . . . non rebus tantum sed personis etiam detrimentum
inferri in eorum mercibus et mercationibus volumus esse fideles. videlicet ut
scrofas pro porcis carnes morticinas aut ab uno die in alium re
servatas sibi emptoribus non prodant sed qualitercumque corruptas et infec
tas in detrimentum vel deceptionem emptorum vendere non presumant. Ven
ditores et piscium incorruptis piscibus non vendendis et ab uno die
in alio sine predictione similiter reservatis fidem precipimus observare.
. . . alios pridie preparatos et in die altera calefactos sine predictione non
vendat. Venditores etiam candelarum eas legaliter faciant non in eis in
emptorum dispendium aliquid inmisceatur cere nec cisetum vel bombici
num papiram includant vel si aliter fecerit emptores exinde

certiorare curabunt. Tabernariis et venditoribus vini quibuslibet pro
hibemus, ne vendere valeat vinum limphatum pro puro. Et ut fra
udes artificum singulorum pena non careant si contra prohibitionem et ordina
tionem nostram in eorum artificiis fuerint inventi dolose versari. Et ad
legitima pondera et mensuras merces quaslibet vendere nolumus ve
ditores quicumque. falsitatem aut aut fraudem aliam in mensuris atque pon
deribus aut candis inventi fuerint commisisse, contrafacientes solvant pro quo F. xx.
libet et quoties. Et similiter qui conducti fuerint ad opas messorum vindebia
rum et similium sub certa mercede, et pacta transgressi fuerint seu non servave
rint, puniantur pena viginti solidorum, et teneantur promissa servare.

De in exequtionibus non possint accipere certa pignora. C. lxxxx.

Prohibemus quod in quibuscumque exequtionibus fiendis, offitialis huius castri
nec bayulus eius possint nec debeant devastare, fodere vel discoperire ali
quam domum intus pedeluam nisi ex causa homicidii vel robarie. Nec et
debeant pro exequtionibus supradictis, vel ad petitionem alicuius special. p.
pro civili vel criminali causa, tollere vel tolli facere pannos vestitilos
nec de lecto neque arma. Dum alia pignora pro satisfactione debiti
seu dativarum et prestantiarum aliarumque rerum invenerit dicti debitoris.
et sibat pro mercede sol. xxv

De pena de actantum casanam seu cappadam alienam. C. lxxxxi.

Quecumque persona dederit aut ignem miserit in aliquam
casinam seu cappandam alienam, solvat pro pena decem
libr. den. cort. Et super hiis curia ex suo offitio per inquisitionem
procedere possit, et emendet dapnum patienti.

De non construendis cappandis per x. passus iuxta domos.
C. lxxxxii.

Ad evitandum periculum eminens, quod pluries ca
strum ignis incendio dapnificatione concurrit. Et ne ulterius
domus et bona intus existentia ipsius combustione cremitur. hanc
generalem constitutionem promulgamus. et de cetero a confirmatione
presentium statutorum in antea, nullus audeat vel presumat facere construere
nec hedificare nova cappandam seu tegis, stipulis seu genestris
coopertam prope et iuxta alias domos longe ab eis per decem passus.
Et super hoc vicarius dicti castri sollicitamente perquirat si aliquos
invenerit contemptores seu transgressores. Quorum si contrafecerint post
bannimentum inde factum, puniantur in decem libr. den. cortonensium
Et nichilominus idem vicarius dictam cappadam faciat removeri.
Et si quod dapnum advenerit mediante constructione predicta ad resti
tutionem dapni integre arceantur. Et quod dicte cappade non possint
construi nec hedificari iuxta muros et menia dicti castri per spatium vi
ginti passuum ad dictam penam.

De potantibus animalia in fontibus. C. lxxx…

Ad utilitatem et comodum hominum et personarum huius castri fontes aque existentes in teritorio isto natura produxit. et illic esse indignum debere uti ad animalia potanda, aque ad usum hominum et personarum fabricate fuerunt. Et alium ipsas aquas ne liceat sordidare. hac immutabili lege firmamus. quod nullus de castro audeat vel presumat studiose animalia sua conducere ad potandum in fontibus ipsis, et specialiter in fonte cerbarii, in fonte pratorum, et in fonte vallis prate, qui communiter plus usui aliis consueverunt et maxime estivo tempore pro refectione corporum lapsorum ex labore, sine quibus recreari non possent. Contra predicta si inventus fuit aliquis contrafaciens, puniatur in v s. pro qualibet bestia, et quotiens auferendis de facto.

De victualibus non extrahendis de castro pedisluci. Capitulum lxxxxiiii.

Ex habundanti copia victualium, ad vite hominum et personarum sufficientia. Civitates et castra in pace quiescunt, et conservantur illesa a quolibet caritudinis periculo. Ideirco statuimus et ordinamus, quod nullus audeat vel presumat aliquod genus bladi seu victualium de castro pedisluci et eius teritorio, extrahere vel extrahi facere per se vel alium, specialiter de recollectis infra teritorium huius castri, sine expressa licentia et voluntate vicarii et consilii dicti castri. ad penam centum librarum denariorum et perditionis victualium pro quolibet contrafaciente. Et quilibet possit accusare et habeat tertiam partem illius quod inventum fuit esse extractum vel deportatum.

Quod non liceat alicui de castro pedisluci comedere cum vicario. Capitulum lxxxxv.

Dignum atque consonum rationi videtur mandatis maioris penitus obedire. Statuimus et ordinamus iuxta seriem litterarum magnifici domini nostri Mattei filiorum [illegible] quod nullus audeat vel presumat de dicto castro pedisluca, sit licitum sit comedere cum vicario vel alio offitiali dicti castri durante tempore eorum offitii, ad penam quatraginta solidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Et liceat cuilibet dictum contrafacientem accusare. Et vicarius successor teneatur vinculo iuramenti, ad penam decem librarum de suo salario retinendarum, extra mensis delinquente perdere de facto sine aliquo processu. Exceptis massariis presidentibus, qui scilicet tempore eorum offitii durante possint comedere cum dicto vicario vel eius offitiale et non ultra.

Quod homines septuginarii sint exempti ab omnibus factionibus personalibus. lxxx[illegible]

Ordinamus quod homines septuaginarii sint exempti a custodia et aliis factionibus personalibus, dum modo dicta exceptio fiat per consilium dicti castri et in ipsius consilii deliberatione et voluntate remaneat, et aliter ipsa exemptio non valeat quoquo modo.

[illegible]

In dei nomine amen. Infrascripte sunt Rubrice secundi libri extraordinariorum de arte piscatorum, fornariorum, macellariorum, molendinariorum et Bayuli.

De piscatorum arte. c. i.

De fictis piscium retiarum et aliarum argagnarum. c. ii.

De piscantibus in aquis propriis vel conductis aliorum. c. iii.

De piscantibus cum pagellis. c. iiii.

De ementibus aquas a grumulo inferius. c. v.

De ementibus aquas comunis supra grumulum. c. vi.

De putantibus pisces vel gamaros. c. vii.

De piscantibus in aquis alienis ~~alienis~~ a grumulo inferius. c. viii.

De filo investato. c. viiii.

De dicentibus cum emunt tollolo io. c. x.

De venditione fieri debenda de piscibus teraganis. c. xi.

De capientibus locum cum argagna. c. xii.

De ementibus aquas in quibus terigine sunt conductorem. c. xiii.

De piscantibus aquas sive in aquis manualibus domini. c. xiiii.

De fornariis et eorum salario. c. xv.

De macellariis et eorum arte. c. xvi.

De carnibus morticinis vendendis et quibus locis. c. xvii.

Quod macellarii non occidant aliquas bestias ante matutinum. c. xviii.

De proicientibus sanguinem in macello et ipsorum pena. c. xviiii.

De electione castalli sive Bayuli. c. xx.

De renovatione statuti novi fienda quando expedierit. c. xxi.

De iuramento molendinariorum. c. xxii.

De cottimo solvendo per piscatores. c. xxviiii.

De piscatione certo tempore cum aliquibus retibus non facienda. c. xxx.

De modo exigendi datias sive collectas comunis. c. xxiii.

Quod camerarius comunis aliquas expensas facere non possit nisi fuerint primo deliberate in consilio comunis. c. xxiiii.

De petentibus litteras et ambaxiatores a comuni. c. xxv. xx

De silvis custodiendis pro usu universitatis. c. xxvi.

Fecerunt isti piscatores duabus rubricis ... xxviiii

De non fodendo in Ripis lacus infra menia castri [illegible] c.[m] xxvii.
De forma nasse gamarorum. c.[m] xxviii.
De assectatoribus numbatarum. c.[m] xxviiii.
Regula solutionis gabelle carnium ——— c.[m] xxx

Statutum fuit [illegible] mandato Mag.[ci] domini potestatis domini [illegible]
Et si Bestie bouine alicuius intrauerint casale alienuz re clusum extra vineaz ul pastinuz ibi positum cum dapno vel sine soluat dns siue pastor earum duos soldos p qualibet bestia. Sz de bestia asinina soluat pastor siue dns ex accusa dni rei den duodecim. De accusa custodum den sex p qualibet bestia. De Be stijs autem minutis que intrauerint possessione predictam cum dapn ul sine soluat dns earum ex accusa dni rei den duodecim pro quali bet bestia. De accusa custodum den sex p qualibet bestia. Sz de mac ta dictarum bestiarum que de porcis intelligatur nus viginti ul ultra. De capris autem intelligatur nus viginti quinqz ul supra. De pe cudibz uero intelligatur numerus quatraginta ul supra soluat dns siue pastor earum libras duas pro qualibet macta de accusa dni rei si dixerit se vidisse et inuenisse dictas bestias in dicta sua posses sione reclusa et credatur suo iuramento vsqz ad triginta soldos. De ac cusa uo custodum soluat medietatem dicte pene duarum librarum. Et pro equo siue Jumento ibi inuento, soluat dns ipius siue pastor de accusa dni rei quatuor soldos, de accusa custodum soluat duos soldos. Excepto q si tpr guerre ul rumoris qui foret de quibuscumqz gentibz que vellent tunc offendere predictam, possit quis [illegible] mendo p dictas possessiones cum dictis bestijs sine dapno et no pascendo. Et timor intelligatur qn publice bannitur in predictis p [illegible] cois ul qn campana arcis luci ad hec deputata pulsetur [illegible]

... temporis quis efferet ... non ... ad pen ... significat ...
... tempore pro ... est ponere. Nota hic quod aliquis prohibuit ... mereri non possit fieri

vel ad stormum. De quo bano et sono campane credatur sacramento
pastoris bestiarum cum duobus testibus simpliciter interrogandis et iuran-
dis sine aliis articulis ibi faciendis. Ac etiam quecumque alia loca li-
ceat cum dapno accedere eundo per grenda cum dicte bestiis pretextu
talis rumoris quo quis valeat se excusare ut supra. Si vero et
dicte bestie irent per campum incultum non apparatum, dum tamen
prohibitum vel custoditum exterius, vel per banimentum inde factum
non teneatur quis ad penam. Si autem de allevimine existente mens(ibus)
vel aliqua ipsarum que sint a quatuor mensibus infra, et de hoc creda-
tur sacramento domini bestiarum in quacumque penam incideret, solvat
medietatem pene, quam solvere tenerentur si essent a qua-
tuor mensibus supra vel ut alie bestie grosse.

De bestiis dapnum dantibus in vinea aliena plena. C. XII.

Bestie bovine si intraverint vineam alienam laboratam a
kalendis aprelis usque quo sint vindembiati, solvat dominus vel pa-
stor earum soldos viginti pro qualibet die, de nocte vero duplum et
nec valeat mitigatio pene propter incapparamentum in tali casu. Alio vero
tempore quo dicte bestie intraverint vineam alienam puniatur dominus si-
ve pastor earum in decem soldis pro qualibet bestia, et de nocte in
viginti et ipsarum pastor in soldis viginti quando dicte bestie intraverint
vineam plenam ut dictum est supra. De bestia vero equina et asi-
nina que intraret vineam plenam vel vacuam solvat dominus vel
pastor ipsarum soldos quindecim. Si vero aliqua bestia minuta intra-
verit dictam vineam plenam solvat dominus vel pastor earum pro qualibet
pecude denarios sex et pro qualibet capra soldos duos. Si vero in vinea
vacua solvat medietatem. Et si fuit macta dictarum bestiarum in vi-
nea plena et vacua, solvat quatraginta soldos et totidem pastor
et etiam totidem dapnum passo. Et de omnibus penis in presenti capitulo
contentis solvant delinquentes totidem per dapnum passo vel extima-
tione fiendam per homines huius loci si dapnum excederet quantitatem
dicte pene. Si vero dicte bestie dapnum dederint in pastino antequam fructum fe-
cerit puniatur ut de vinea plena.

De volentibus tenere terram ad pratum. C. XIII

Quicumque voluerit aliqua terram tenere ad pratum pro foeno
faciat et facere teneatur publice banniri per precones in locis con-
suetis dictam terram tenere et tenere velle ad pratum et ipsam ter-

ram signare seu iussare pro prato alias si bagnitur non sint non habeatur pro prato.

52

De pena soluenda domino possessionis. Capitulum XIIII.

Ego Iacob de ponimg[?] cassaui et decreui statutum presens in presentia Antonii .. et hoc ... volui et mando die xxviii oct. 1475

In tollendis dapnorum materiam in bonis hominum de pedeluco inferendis cum bestiis uel sine bestiis quicumque dapnum aliquod dederit in possessione aliena soluat et soluere teneatur domino possessionis in qua quis accusatus fuerit tantumdem penam quantum tenetur soluere teneretur curie, videlicet pro emenda dapni illati si in ea dapnum illatum fuerit. Si uero dapnum excederet penam tunc teneatur ad emendam dapni illati.

Quod omnia capitula in hoc Quarto libro scripta intelligantur loqui de dapnis datis. Capitulum XV.

Omnia capitula in hoc Quarto libro conscripta intelligantur loqui de dapnis datis. Cetera uero alia in quibus imponitur pena pecuniaria intelliguntur de maiestatis quantum ad mitigationem penarum et semper solutio pecunie intelligatur de denariis cortonensibus.

De pena colligentium poma aliena. Capitulum XVI.

Nemini liceat dapnum dare colligendo poma domestica aliena de locis apparatis uel non soluat penam quinque solidorum.

De custodibus fiendis. Capitulum XVII.

Pro conseruatione uictualium et fructuum foris existentium massarii dicti castri una cum uicario teneantur et debeant in principio mensis martii facere et ordinare custodes secretos in qualibet contrata ad custodiam fructuum predictorum. Qui sic electi iurent ad sancta dei euangelia corporaliter tacto libro denuptiare et accusare omnes et singulos homines et personas quos et quas viderint et inuenerint ac etiam animalia dapnum dare in rebus et possessionibus existentibus in tenuta castri predicti quocumque modo contra formam statuti et ...

acusationes et denumptiatores facere teneantur et debeant coram do-
micello, postquam dictum dapnum datum fuit, ad penam ei quod de-
beret soluere dapnum inferens. Acusationi quorum et cuiusque
eorum plene credatur.

De metentibus herbam. c^m. xviij. XVIII

Metens herbam inter bladum alterius seu dictum bladum a
kalendis aprelis inantea, soluat soldos viginti. Et qui ad
manus fecerit herbam in blado alterius a kalendis maij inantea,
soluat soldos decem. Et si custodes communis delinquerit in predictis si-
militer puniantur. Set qui ad manus fecit herbam predictam ante
kalendas maij, nullo modo puniatur. Et qui meteret seu faceret
herbas in prato alieno confirmato uel banito, puniatur in viginti sol-
dis. Et hoc locum habeat in prato pedeluciani tantum, de quo per aliquem
soluitur datium domino comiti, uel in illis ecclesie cuicumque fecerit foenum
aut herbas soluat dictam penam, et dapnum emendet in predictis
omnibus casibus domino prati.

De pena atrauersantium casale reclusum. c^m. xviiij.

Qui intrauit possessione alienam reclusam atrauersando cum be-
stijs et sine bestijs et sine dapno a kalendis marcij usque ad kalendas
nouembris, et accusaretur a domino rei, soluat decem soldos, si uero
accusaretur a custode soluat medietatem dicte pene.

De pena exportantium nuces et alios fructus. c^m. xx.

Qui autem inuentus fuit cum nucibus viridibus, fabis, ciceribus,
cepis uel caulibus, seu alijs viridibus alienis in quocumque loco
extra pedeluciani per eius territorium, puniatur in decem soldis, quoties
inuentus fuerit, de quibus custodes accusare possint, sicut de
alijs dampnis datis, nisi inuentus cum predictis uel aliquo predictorum
inrauerit in excusatione ipsius fuisse de suis proprijs et sine laboribus.

De pena proicientium granum porcis. c^m. xxj.

Nemo audeat uel presumat dare, uel proicere granum porcis si

siue manipulum grani sui vel alterius ad penam centum soldorum. et quilibet bone fame cum vno teste possit contrafacientem accusare, cuiusque accuse cum vno teste credatur.

De pena attrauersantium terram bladatam alienam. C. xxij.

Nulli liceat attrauersare terram alienam bladatam a kalendis mensis maij quousque granum fuit messum cum aliqua bestia minuta ad penam duodecim denariorum pro qualibet bestia. Et si cum somario bone vel iumento et hijs similibus puniatur in duobus soldis pro quolibet.

De pena portantium caules in kalendis mensis Januarii. C. xxiij.

Nullus portet nec portare debeat in kalendis mensis Januarii de aliena possexione nisi vnum pedem caulis ad penam quinque soldorum et quilibet possit contrafacientem accusare, et ei accuse credatur Excepto quod sua possessione propria vel conducta de qua quis portare possit plures impune, et de hoc stetur sacramento portantis

De pena facientium frondes ficuum seu vinearum. C. xxiiij.

Nullus faciat vel eleuet frondes ficuum alienarum, frondes vinearum alienarum, vel frondes de alieno cannedeto vel sireto ad penam viginti soldorum vice qualibet, Et qui incidit vel frangerit candas de cannedeto alieno soluat duodecim denarios pro qualibet canda quam ibi incidit.

De petentibus iurare vicinos pasistia bonorum de festis. C. xxv.

Ad custodiam casalium seu vinearum tenute pedislucci faciendam tempore vuarum et ficuum. Siquis pedeslucianus postulauerit curie pedislucci vicinos iurare facere quod non faciant nec fieri faciant dampnum in dictis casalibus et vineis in contrata in qua habet casale siue vineam suam. Et si viderit aliquem dampnum dare teneantur ipsos dampnum dantes accusare et debita pena puniri.

De dampno nescito emendando. C. xxvj.

Quantumcumque dapnum datum fuit in possessione alterius propria vel conducta cum bestiis minutis vel grossis. Et dictum dapnum quis fecerit ignoraretur, tunc cogantur omnes pastores in illa contrata existentes ad satisfactionem dicti dapni illati, facta extimatione per massarios mittendos ad videndum dictum dapnum illatum, et qui iurent bona fide et legaliter extimare, et referre veritatem. qua extimatione facta, vicarius cogat illos satisfacturos pro rata ipsum dapnum domino possexionis ipsius.

De pena non incidentium fractam inter lata reclusa et iux fractum. c. xxvij.

Quicumque habet fractam iuxta viam inter lata reclusa teneatur et debeat eam incidere et actare, ita quod per ipsam viam comode iri et transiri possit quolibet anno hinc ad festum sancte marie de mense augusti, et dum tamen prius bannitum fuerit ad penam decem soldorum pro quolibet contrafaciente, et de tali incisione et actatione stetur sacramento incidentis et actantis ipsam in termino predicto, qui si iuraverit esse actatam quod tunc non teneatur ad penam.

De pena incidentis fractam alterius. c. xxviij.

Quicumque inciserit fractam vinee, seu casalis vel loci reclusi alterius seu in ipsam ignem immiserit solvat delinquens soldos quadraginta. Et nichilominus teneatur dapnum emendare patienti.

De animalibus itinerantibus. c. xxviiij.

Statuimus et ordinamus quod si cum necessitate cogente contingerit aliquem cum equituturis suis aut quibuslibet animalibus forsitan oneratis ex itinere ut assolet fatigatis in alienum agrum frugibus plenum velle divertere dum forte herbas alias vel fenum pro loco ipso non inveniet unde animalia sua valeant confortari, omnem enim materiam precidimus sibi malignandi. Statuentes ut nemo nisi medietatem equi vel cuiuslibet alterius animalis in agrum ipsum intromictere audeat. Ita quod posteriores pedes animalis ipsius vel in loco non laborato teneat, et anteriores in agro. Ita tamen quod nichil omnino de segetibus ipsis ad hospitium suum referat et eo tantum sit contentus quod animal pascendo assumpsit.

De canibus tpre vindembiarum ligandis. c. xxx.

Statuimus q' maturis uuis sive in pncipio q̄n uue in territorio luca communiter maturari incipiūt. vicarius banniri faciat ploca ↄsueta q' habentes canes in dicto castro ligare debeat usq ad tertiam diem post ipm bannitum ⁊ post dcm tīnum. pquali vice q' p accusatorem ul' Inquisitorem canis alicui fuit rept dissolutus extra portam castri pdci. teneatur dns ipius canis solue decem soldos ⁊ totidem dapnum passo. si aliquod dapnum dederit ⁊ nichilominus dapnū emendet dno vinee. Et siquis occiserit dcm canem reptum in vinea non teneatur ad penam.

De Inuenientibus ⁊ Interficientibz bestiam minutam in sua possessione vineata plena uuis. c. xxxi.

Statuimus q' siquis Inuenerit aliquam bestiam minutā sola in aliqua sua possessione vineata plena uuis que dapnum dederit in ea ⁊ que staret sin pastore. liceat dno dce possessionis aut laboratori ipam bestiam vulnerare ⁊ occidere sin pena aliqua. Dum tamen q' talis occides teneatur ⁊ debeat eam assignare officiali siue vicario dcti castri predcti illa die ul sequenti qua ipam occiserit. Cui bestie medietas sit sue alia no occidentis. Et si dcus occides dcm bestiam no assignauit ut dcm est possit ei repeti tamq' si eam furatus eet ab illo cui eet dca bestia mortua. Et quicumq ciuilr aut criminalr repetet dcm bestia sic occisam ⁊ assignatam soluat p pena quatraginta soldos ñ talis occidens eidem in aliquo teneatur. non obstante aliquo capitulo huius statuti supra ul' infra positi in contrarium loquete.

De viis impeditis ruina ceno ⁊ spinis. c. xxxii.

Quilibet liceat ire cum bestiis ul sine cum dapn vel sine p locum existentia iuxta viam cois in qua foret Ruyna cenum ul spine. ppter quod esset impedita ul' occupata sine aliqua pena. Et de tali impedimto stetur in prouidentia duoz maxarioz dci cois q erunt p tpra qui accedere teneant ad videndum locum pdcm. vn eius ac cusatus esset infra tres post responsione dci accusati si petitum fuit in eius responsione ⁊ his stetur in promission ⁊ arbitrio dcoz ....

sariorum, et secundum arbitrium predictum ita vicarius dicti castri mandet exequtioni et aliter non.

De venantibus inter loca vineata et alia casalia noctis tempore. C. XXIII.

Nulla persona noctis tempore possit venari inter vineas et casalia tenute castri pedis luci de mense augusti et septembris et usque ad medietatem mensis octobris, ad penam quadraginta soldorum. Et quilibet possit contrafacientem accusare, et eius accuse credatur ad plenum.

De colligentibus uvas et alios fructus in vineis et casali recluso. C. XXIIII.

Nemo colligat uvas olera plantata vel seminata vel alios fructus de loco recluso alieno vel orto, noctis tempore, ad penam decem librarum. De die vero delinquens solvat viginti soldos. Et casale seu locus reclusus intelligatur ubi sunt vinea arbores domestice, et fuerit circumdatus fractis carbonariis et spinis. Sed si de campo apparato solvat decem soldos. De campo vero non apparato, soldos quinque. nisi dominus rei iuraverit dictos fructus habere pro derelictis, quod tunc quis non teneatur ad penam. Qui vero colligerit olivas vel glandes, alibi quam in casali recluso solvat viginti soldos de alto. De terra solvat soldos decem. sed non battendo, siquis colligerit ibi olivas tam de alto quam de terra. et fuerit collectum ut dictum est non teneatur ad penam. Et colligentes uvas de locis predictis ut dictum est et solverit penas superius adiectas nichilominus solvere teneatur, duos denarios pro quolibet rampazo. secundum formam capituli infra positi.

De colligentibus uvas. C. XXV.

Uvas quicumque exportaverit a kalendis mensis Julii usque ad vindembias solvat pro quolibet rampato soldos duos et totidem domino cuius fuerit locus unde dictas uvas colligerit, nec et de suis vineis quis portare possit ultra tres rampatios ad dictam penam, nec de alienis sibi datis vel concessis, de quibus tribus rampatiis tam de suis quam de alienis stetur iuramento portantis, qui si iuravit esse de suis vel sibi datis, non teneatur ad penam. Et cum quis fuit inventus permictat se rimari a castaldo vel famulo curie, ad penam quinque soldorum. Et si interrogatus fuit ab offitiale de nomine suo, teneatur ei

dicere nomen suum et pronomen et ipsum sibi non negare nec dicere eis unum nomen pro alio ad penam viginti soldorum et de hijs credatur relationibus dictorum offitialium. Liceat cuilibet omni tempore potare de uvis passurinus quantum vult sine pena de vinea sua. Nec liceat dictis offitialibus famulis et castaldo rimari aliquam mulierem tangendo eam pro dictis uvis repiendis. Sed debeat ei dicere pone deorsum seu in terram canestrum ul' vas qd' tunc mulier haberet ul' aliud continens in quo uvas portaret quo vase deposito possint ipsi rimari pro uvis predictis. Et tunc si ipsa mulier predicta facere contempserit solvat soldos quinque. Et de hijs credatur ut supra. Et si famulus ul' castaldus seu offitialis rimando ul' causa rimandi pro dictis uvis tangerent aliqua mulierem puniatur

De pena colligentium maghiolos. c. XXXVI.

Colligentes maghiolos de aliena vinea sine licentia domini vinee in decem soldis pro quolibet et quoties puniatur. Et custodes dicti castri delinquentes in predictis debeat accusare.

De licentijs non exibendis in terris bladatis nec inter mucclos. c. XXXVII.

Nemo possit nec sibi liceat eundi cum bestijs minutis ul' grossis nec eas mittere in terras bladatas alienas ul' inter mucclos bladi alterius exceptis somarijs. Alicui dare licentiam uel concedere nec etiam vendere posse. Et si dicta licentia daretur et venditio fieret ul' facte et concesse essent non valeat ipso iure. Sed siquis cum dictis bestijs accusatus fuit in locis pdis puniatur secundum formam statuti ac si licentia et venditio dicta et facta non esset nisi intersit et presens sit dominus rei ul' aliquis de domo sua ul' esset laborator dicte terre ul' aliquis de domo dicti laboratoris quod tunc de licentia et voluntate ipsorum ul' alicuius eorum possit quis ire cuz dictis bestijs et eas mittere et tenere in bonis predictis et terris cum dampno et sine dampno absque pena aliqua.

De licentijs exibendis. c. XXXVIII.

Quilibet de familia maior quatuordecim annorum posse…

liceat dare et concedere licentiam de bonis suis et suorum patris matris
fratris sororis in una et eadem familia existentium et etiam labo
rator de bonis existentibus in possessione sui laboritii cuicumque vo
luerit cum damno vel sine cum bestiis vel sine et personaliter. Excep
tis in terris bladatis et inter mucelos bladi, nisi tunc esset presens
ut supra in proximo capitulo continetur loquente quod nemo pos
sit nec ei liceat eundi vel mittendi aliquas bestias in terris
bladatis alienis vel inter mucelos dummodo quod de licentia dic
tarum bestiarum in aliis locis quam in terris bladatis vel inter mucelos ap
pareat scriptum in actis curie domini vel saltim quod probetur de dicta
licentia per iuramentum eius qui dedit licentiam cum uno teste simpliciter
recipiendo sine aliis articulis. In aliis vero casibus credatur danti
licentiam predictam nisi de incisione arborum que valeat cum suo
iuramento et cum uno teste recipiendo ut supra dictum est. Si
quis vero de familia aut laboratorum vel aliquis ex familia ip
sius laboratoris maior ut supra steterit personaliter in dictis bonis
terris bladatis predictis et ubi essent muculi vel aliquid eorum pos
sit dare licentiam et concedere cuicumque de bonis predictis cum damno
et sine cum bestiis et sine et credatur iuramento dantis dictam licen
tiam si presens erit vel esset ut supra in locis predictis et de etate
maior quatuordecim annorum credatur iuramento patris vel matris
vel proximioris sui consanguinei si patrem vel matrem non ha
beret talis concedens licentiam supradictam. Et licentie date vel
dande aliorum vel aliqua earum valeant et durent toto tempore vicinii
que concesse erunt et non ultra. Exceptis de terris bladatis
et inter mucelos ut supra dictum est. Et si filius vel filia fra
ter carnalis vel soror carnalis intraverit possessione et bona que
cumque patris matris fratris vel sororis carnalis et sibi fruc
tus collegerit de ipsis bonis et possessionibus nullo denuntia
tiari et accusari possit in curia pedesluci et si accusarentur
ipsa accusa sit ipso iure nulla. Et idem intelligatur esse de
patre et matre in possessionibus filiorum et bonis eorum et fructibus
existentibus in eisdem.

De quanta quantitate credatur accusatori. C. XXXVIII

Quotiens dominus rei vel laborator accusaverit aliquem de damno dato
in bonis eius vel sui laboritii et in ipsa accusatione iuraverit
se vidisse et invenisse damnum dantem credatur tali accusatori

BIBLIOTECA DEL SENATO

vsqz in quantitatem viginti soldoz / & si p(er) accusatu(m) negaret(ur) de tali 56
dapno & pena. Et si accusatus foret confessus / credatur accusanti de quo
cumqz dapno & quantitate / & similiter de dominio & proprietate vn(de) quis
accusaretur a d(omi)no rei predicto / uel ab aliquo de sua familia aut a la
boratore ipius. Et si accusator iuravit se dapnum faciente(m) indubitanter
& invenisse & probavit ipam accusationem p(er) unum testem credatur ei vsqz
in quantitate quatraginta soldoz. Si no(n) probavit ipam accusationem
cum duobus testibus credatur in quacumqz quantitate dapni dati
predicti.

De bestijs pasturantibus prope vineas / milicum canapones et canneptem. C(apitulu)m xl.

Pastor siue custos bestiarum animaliu(m) / si pastulavit cu(m) supra
dictis bestiis uel aliquibus eaz prope vineam canapones et
nepem milicum uel segana aliena p(er) octo passus / puniatur in tri
ginta soldis p(ro) quacumqz ab inde infra p(re)rata / nisi transiret cu(m)
dictis bestiis p(er) aqua uel p(er) viam / recto & bono modo sine fraude / nisi
iret quis cum ipis bestijs / uel staret in sua possessione uel aliena de
qua haberet licentiam / q(uod) tunc no(n) teneatur quis ad penam.

De animali devastanti aliud animal alterius ripi per. C(apitulu)m xli.

Animal alterius / si devastavit aut occiserit animal alterius
soluat d(omi)nus dicti animalis delinquentis pro pena libras duas.
Et nichilominus d(omi)n(u)s p(re)dictus teneatur emendare dapnu(m) patienti
uel dictum animal dare pro nossa. Et nisi qui admisit casu ad
animal alterius ex qua admissione tale a(n)i(m)al devastatum fuit
q(uod) tunc teneatur talis admictens ad dictam emendationem & solutionem dicte
pene. si tale animal occiserit aut devastaverit.

De iuratis privatis faciendis p(er) contratas. C(apitulu)m xlii.

Statuimus q(uod) vicarius sive Rector possit sup(er) dapnis datis per
contratas castri luci facere iuratos privatos. silicet t(em)p(o)r(e) fabaz
et pomoz. Et eorumdem iuratoz accusationi credatur & stetur.

Ressp[illegible] p(er) residuo [illegible] p(er) [illegible] libro

[illegible]
[illegible] anno domini a nativitate [illegible]
[illegible] pontificatus [illegible]
[illegible] divina providentia pape quinti die
[illegible] Junii. Magnificus et [illegible] dominus Nicolaus
[illegible] pro domino nostro papa et sancta
[illegible] Comitatus et districtus Fulginei et
[illegible] Castri [illegible]
in temporalibus [illegible] generalis [illegible]
Castri predicti eiusque territorii et districtus. Exhibito
et producto presenti libro et volumine statutorum pro
[illegible] et ordinamentis dicti Castri predicti per oratores
[illegible] ambasiatores dicti Castri [illegible] et
excellenti domino supplicantes et petentes [illegible]
Comunis [illegible] statuta et Capitula
ipsorum statutorum confirmari approbari et [illegible]
et approbata [illegible] et teneri [illegible] quod [illegible]
[illegible] approbaverit. Cupientes supplicantibus [illegible]
et hominum eiusdem Castri predicti [illegible]
[illegible] statuta [illegible] volumine [illegible]
in [illegible]
Causa [illegible] quibus melius et efficacius [illegible]
[illegible] que sequitur [illegible] statuta [illegible]
et Capitula [illegible] in dicto Carte [illegible]
[illegible] fuit [illegible] Camere et Curie [illegible] Castri
predicti approbavit et [illegible] confirmavit [illegible]
[illegible] ne [illegible]
ad [illegible]. Volens [illegible]
[illegible] firmiter [illegible] inviolabiliter observari
[illegible] et valere.

Actum Fulginei in palatio residentie dicti domini [illegible]
[illegible]
[illegible] ac ser Bartolomeo ser [illegible]
[illegible] olim [illegible]
[illegible]

Et ego Nicolaus quondam ser Nicole [illegible]
[illegible]
[illegible] notarius [illegible]
[illegible] Castri [illegible]
[illegible]
[illegible]

10475

già 90. IV. 29

Pied

Sc